47

Dedisti hereditatem.

In illo tempore. Ambulans ihesus iuxta mare gali
lee uidit duos fratres symonem qui uocatur
petrus et andream fratrem eius et uocauit eos.
Et reliqua. Omelia lectionis eiusdem.

Nulla miracula fratres adhuc illum facere
uiderant petrus et andreas nichil ab
eo de premio eterne retribucionis audierant.
et tamen ad unum preceptum hoc quod possi
dere uidebantur relinquerunt. Quanta nos
eius miracula uidemus. quot flagellis cedimur.
quantis minarum aspiritatibus deterremur. et
tamen uocantem sequi contempnimus. In ce
lo iam sedet. qui conuersione nos admonet.
Iam iugo fidei colla gencium subdidit. iam
mundi gloriam strauit. iam ruinis crebris di
stricti iudicii sui appropinquantem denunciat
etatem. et superba mens nostra non uult hoc spon
te deserere quod cotidie perdit inuita. Responsorium.

Vir perfecte pietatis et dux innocencie nota
plebis tua festa celebranda et adstantes laudis tue
legio. Imitator ihesu christo sub crucis pati
bulo nos andrea fac consortes celi contubernio.

Quid ergo fratres karissimi. quid in eius Responsorium. Et adstantes.
iudicio dicturi sumus. qui ab amore pre
sentis seculi non preceptis flectimur non uerbe
ribus emendamur. Sed fortasse fratres aliquis ta
citis cogitacionibus dicit. Ad uocem dominicam
utrique iste piscator quid aut quantum dimi
sit qui pene nichil habuit. Sed in hac re fra
tres karissimi. affectum pocius debemus pensare
quam censum. Multum reliquid qui sibi
nichil retinuit. Multum reliquid qui quamuis
libet paruum. totum tamen deseruit. Cer
te nos et habita cum amore possidemus.

et ea que minime possidemus ex desiderio
querimus. Multum ergo petrus et andreas re
linquerunt. quando uterque etiam deside
rium habendi dereliquid. Multum reli
quid. qui cum re possessa etiam concupi
scenciis renunciauit. A sequentibus ergo tan
ta dimissa sunt. quanta a non sequentibus
concupisci potuerunt. Responsorium.

Dilexit andream dominus in odorem suaui
tatis dum penderet in cruce dignum sibi
computauit martirem quem uocauit apostolum
dum esset in uia ni et ideo amicus dei appel
latus est. Elegit eum dominus et excel
sum fecit illum. Et ideo. Lectio ii.

Multa fratres relinquitis. si desideriis
terrenis renunciatis. Exteriora enim nostra
domino comparata parua sunt sufficiunt. Cor
... in eius sacrificio. sed quia
...
... claros nostri perpetuam angelorum uitam
datis retibus et naui mercati sunt. Estima
cionem quippe precium non habet. sed tamen reg
num dei tantum ualet quantum habes.
Valuit namque zacheo dimidium substan
cie qui dimidium altud ad hoc quod
iniuste abstulit restituendum in qua
druplum reseruauit. Valuit petro et an
dree. dimissis retibus et naui. Valuit ui
due duobus minutis. Valuit alteri ca
lix aque frigide. Regnum itaque dei tan
tum ualet quantum habes. Pensate
ergo fratres cum emitur quid uilius. cum possi
detur quid carius. Sed fortasse non calix

aque frigide suppetit qui indigenti pre
beatur: etiam tunc securitatem nobis
promittit sermo divinus. Uno quoque enim
nato frs celi cives ostensi sunt qui cla
mabant. Gla in excelsis deo. et in terra
pax hominib; bone voluntatis. Ante di
itaq; oculos numquam est manus vacua
a munere: si fuerit archa cordis repleta
bona voluntate. Hinc quoque enim psalmista
dicit. In me sunt ds vota tua que reddam
laudaciones tibi. Ac si aperte dicat. Et si ex
terius munera offerenda n habeo: intra
me met ipsum tamen invenio quod in ara
tue laudis impono. quia qui nra donacio
ne n pasceris oblatione cordis magis pla
caris. Nichil itaq; offertur deo dicius bona
voluntate. Voluntas enim bona est: sicut
adversa alterius sic nra pertimescere: sic de prosperi
tate proximi sicut de nro profectu gratula
re. Aliena dampna nra credere. aliena dam
pna nra reputare: amicum non propter mun
dum sed propter dm diligere. inimicum eciam
amando tollerare. Sed hoc bone voluntatis
sacrificium numquam plene persolvitur.
nisi huius mundi cupiditas perfecte relinqua
tur. Nam quidquid in eo concupiscimus hoc
procul dubio imprimis invidemus. Quia ergo
frs beati andree apli andree natalem coli
mus. debemus imitari quod colimus. Osten
dat nre obsequium devocionis. imitate
sollempnitas mentis. Despiciamus que terrena
sunt despectis temporalib; mereamur eterna:
ut cum andrea percipere mereamur sine
fine mansura. ipso adiuvante qui vivit
et regnat per omnia secla
seclorum. amen. Tu autem. R. Oravit sanctus
andreas dum respiceret celum voce magna
clamavit et dixit tu es ds meus quem vidi

Ne me paciaris ab impio iudice depo ni quia
virtutem sancte crucis agnovi. V. Tu es
magister meus xpe quem dilexi quem cognovi quem
confessus sum tantum modo in ista voce exau
di me. Ne me. In matutinis laudibus.

Salve crux preciosa suscipe discipulum eius qui
pependit inte magister meus xpc. Euouae. A.
Beatus andreas orabat dicens domine rex eter
ne glorie suscipe me pendentem in patibulo. ae.
A. Biduo vivens pendebat in cruce pro xpi nomine
beatus andreas et docebat populum. euouae. Ant.
Andreas xpi famulus dignus deo apostolus
germanus petri et in passione socius. euouae.
Non me permittas dne famulum tuum a te se
parari tempus est ut commendes terre corpus meum
Erat andreas fr symonis Cap. euouae.
petri. unus ex duobus ab iohe et secuti fuerant
ihm invenit hic fratrem suum symonem et
dicit ei. invenimus messyam qui dicitur xpc
et adduxit eum ad ihm. Hymnus ad laudes.
Gaude sacrata meritis andree tellus incli
ta gesta revolvens annua quis pecijt celestia.
Ortus israhelitica de gente legi subdita quia



Cum letati naute paccata ...; dux o p-
sulcantes equora. quantocius optatum por-
tum subeunt. Qui egressi sciscitabantur ubi
uir dei esset nicholaus. Cum autem indica-
tum eis fuisset: in ecclesia euestigio ingressi mi-
rabile dictu quem numquam uiderant sine
indice cognouerunt. Mox prostrati ad pedes
eius ceperunt ei gratias agere dicentes qualiter
de confinio mortis ipso suffragante libera-
ti essent. Quibus sanctus ait. Non mee inquit
possibilitati arbitremini esse quod factum
est: sed sola dei misericordia qui propter credulitatem uestre
fidei uobis sua dignatus est succurrere clemen-
cia. discite ergo quantum ualeat apud dominum
fides pura et peticio non ficta. propter peccata enim
nostra cotidie flagellamur: sed si ex toto corde

ad bonitatem dominum conuersi fuerimus: miser-
a[tio]ne ... sue illico commouet super nos et
eripit nos de imminentibus periculis.
Idcirco fratres non pigeat nos bene facere. sec-
tari humilitatem. libenter pauperibus succur-
rere. Credite mee paruitati quod exemplo ho-
mo in huius mundi uoraginem propter sua
peccata deiectus est: nullum deus eius bonum
sic approbare legitur sicut elemosinam: si
tantum non ob mundi fiat gloriam. Hiis et
aliis talibus instructi admirantes humili-
tatem sancti. habitus utilitatem. sermonis
facundiam atque magnitudinem uirtu-
tum eius discesserunt. Post ea uero relatum est
adicientibus. Uite sancte sicilia presto fuisset in
ciuitatem patricias nullomodo fierent in-
iuste trium militum cedes. Nam quos
ualde uirum condoluerunt absenciam.
quem consul magno execatus munere: neci
eorum consensit. Quibus auditis. uir domini
... igne inflammatus. cucurrit ad
...
eos poplite flexo. uelata facie. ...
... ceruicem ... iam uibratum
spiculatoris ensem. Hic experiri potestis
... illa sentencia iustus ut leo confidit.
Nam non potestate humana non mucrone
perterritus. totum se audacter in lictorem in-
gessit. eminusque de manu illius gladium pro-
pellens. non prius abscessit quam illos ab-
solutos uinculis secum reduceret. repetens
ne umquam me presente innocentes condemp-
natis. paratus dare leto. Carnificibus
autem illis nemo saltem ei contra dicere
audebat scientes enim magni meriti
esse magneque constancie: et in christo plu-
rimo ualere fauore. ergo prosecutus ipsi quoque
eius expectendo a[d]ueutum gladiato-
ribus impedimento fuerat: ad pretorium
consulis accessit.

Audiens christi confessor trium iuuenum innocentem necem precurrit quantocius ad locum quo fuerant plectendi et liberauit eos. Statimque solutos auunculis usque ad proconsulis [illegible] secum adduxit et uidet. P[...]

Exstinctis quoque ydolatriis quibus enim prefata regio dedita fuerat maximam clemencie maximam clemencie sue donocionem erga nefandissime diane simulacrum studuit exibere adeo ut eciam usque ad illa serui dei tempora pleri rusticorum exsecrabili deseruirent religioni. Sed uir dei huius sacrilegii superstitionem tanta prosecutus est instancia ut diuino suffragatus auxilio penitus [illegible] cultu[ram] procelleret. Verumtamen quid diabolo malignosius. Cum enim cerneret se priuatum tanto decoris sui cultu fallacia fauce succensus magna contra nicholaum exarsit in ira. et nouo pectore noua usus consilia quosdam adiit uiros omnibus imperitos immo perditos maleficiis. eisque conficere oleum quod in media conducitur sub omni celeritate precepit. Parent protinus nefandi auctores dictis perfidi magistri et quantocius portentuosi liquoris mixtione componunt. Quo confecto haut piger demon transformauit se in cuiusdam religiose femine uultum atque simulata specie quibusdam nauigantibus quorum deuocio ad

seruum dei tendebat medio sese obtulit mari et quasi libo uteretur ait eis. Video quidem uos proficisci ad sanctum nicholaum. mallem nunc ego uenire uobiscum. quoniam habeo tanti patris prestolari benedictionem. Sed quoniam nequeo rogo uos ut mee paruitatis oleum ad ecclesiam mirreorum feratis et ob memoriam mei summam exinde parietes ipsius aule liniatis. Illi ignari doli sumunt oleum et classe secum libenter uehunt. Tunc monstrum informe uelud umbra tenui uisoci euacuauit remigio. Responsorium

Qui cum audissent sancti nicholai [...] nomen statim expandunt manus utrasque ad celum saluatoris laudantes clemenciam. Clara quippe uoce coram omnibus dignum referebant ipsum dei famulum. Versus. Sed eius pii mutiorum.

Insperato [...] mulier. Saluatoris est passus diu simplicitatem ad famulum suum minus fere simulate ymaginis. in sermonibus fantasticis delusos pergerentur. Ex improuiso enim cernunt sagenulam insignibus refertam hominibus in qua quos conspicantur quia ad eos sic facetis interrogacionibus orsus. Heu inquid quenam mulier illa locuta est uel quid uobis. At illi seriatim cuncta narrantes en auunt ostendunt et ostenderunt oleum quod deprecata est ad sanctum deportare ecclesiam. Quibus ille ait. Vultis euidenter scire quis fuit femina illa. Hec est enim impudica diana. Et ut me certe uerum dicere comprobetis hoc uasculum execrandi olei